

domino fratre Siluestro ministro ordinis minorum, dante et soluente pro se et uice et nomine nobilis uiri ser Çerne de Fanfogna de Jadra et uenerabilis domine sororis Lipe abbatisse monasterii sancti Nicholay de dicta ciuitate Jadre et sororis Paue monialis eiusdem monasterii, tanquam comissariorum condam bone memorie domine Elene banisse dudum defuncte, decem ducatos de auro, quos dicta domina Elena legauerat in suo testamento dicto conuentui; de quibus dictus frater Albertus, uice et nomine sui conuentus predicti, per se et suos successores fecit dicto domino fratri Siluestro ministro, pro se et nominibus quibus supra recipienti, finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, uolens etc., promictens etc. Quam quietationem etc.

Die, loco, testibus et examinatore predictis. Ser Jacxa condam Petri Petrache de Spaletto, nuncius ad hec destinatus per uenerabilem dominam sororem Bartholomeam abbatissam monasterii sancte Clare de Spaletto et eius conuentum, coram me notario, testibus et examinatore infrascriptis, fuit confessus et contentus apud se habuisse et recepisse, nomine dicte domine abbatisse et sui conuentus, a uenerabili uiro domino fratre Siluestro ministro ordinis minorum, dante et soluente pro se et uice et nomine nobilis uiri ser Çerne de Fanfogna ciuis Jadrensis et uenerabilis domine sororis Lipe abbatisse monasterii sancti Nicholay ciuitatis eiusdem ac etiam sororis Paue monialis monasterii predicti, tanquam comissariorum comissario nomine condam bone memorie domine Elene banisse dudum defuncte, ducatos quinque de auro, quos dicta domina banissa legauerat in suo testamento dicto conuentui; de quibus dictus Jacxa, uice et nomine dicte domine Bartholomee abbatisse et sui conuentus, per se et earum successores, fecit dicto domino fratri Siluestro ministro et comissario, recipienti pro se et nomine aliorum predictorum comissariorum, finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, uolens quod omne instrumentum in ea parte sit cassum, uanum et nullius momenti, promictens etc. Quam quietationem etc.

III .

1341, 5 dicembre.

IV, I, 113, 114.

(cc. 113): In dei nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millessimo trecentesimo quadrigessimio primo, indictione nona. Regnante domino Karulo Roberto serenissimo rege Ungarie, ac domino nostro domino Bartholomeo Gradonico dei gratia inclito duce Veneçiarum, temporibus uenerabilis patris et domini domini Dominici dei gratia archiepiscopi Spalatensis, egregii et potentis uiri domini Leonardi Mucinigo honorabilis